



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

Prima Pars Principalis De Virtvte In Commvni.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

15

PRIMA PARS PRIN-  
CIPALIS DE VIRTUTE  
IN COMMUNI.

*Quod expedit Virtutem commendari. CAP. I.*



**S**I separaueris pretiosum à vili, quasi os meū eris. Hier. 15. Pretiosum est anima. Prouer. 9. Mulier animam viri pretiosam rapit. Ideo filius Dei seipsum pretiū animarū posuit, ne animæ nobis vilescerent. Pretiosa etiā sunt virtutes. Bern. Vere diuitiæ non sunt opes, sed virtutes, quas secū cōsciētia portat, vt in perpetuū diues fiat. Vile verò est corpus: animi enim pondus ac pœna est, vt ait Senec. Imò quod plus est, factum est immūdities, & materia propinqua vermiū. 1. Mach. 2. Gloria impij, sterco? & vermis. Gloria impij vocatur corpus. Vilia etiā sunt bona tēporalia, etiā quæ pretiosiora vidētur. Aurū enim & argentū (secundū Bern. in quodā sermone de Aduerū) sunt terra rubra & alba, quæ solus error hominum facit, aut magis reputat pretiosa. Sap. 7. Omne aurū in cōparatione ipsius, arena est exigua, & tanquā lutū æstimabitur argentū in cōspectu illius: pretiosum à vili separat, qui pretiositatē virtutū ostēdit, & tēporaliū vilitatē, & animā ab amore tēporaliū seiungit, & ad amorē virtutū inducit: & talis quasi os Dei est. Saluator enim os suum aperies, doctrinā suā à cōceptū tēporaliū inchoauit, dicēs Matt. 5. Beati pauperes, &c. Et de amore virtutis subdidit. Beati qui esuriunt & sitiūt iustitiā, &c. Vnde doctrina quæ cōtemptrū tēporalium inducit, & ad amorē virtutis allicit, quasi processisset ex ore Dei habenda est. Frater Guido Carthusiensis: Rationalis creaturæ vera perfectio est, vnamquāque rem tāti habere, quanti habēda est. Senec. Quid tam necessariū: quā pretia rebus imponere? Secundum Sen. tres sunt partes moralis doctrinæ. Prima rebus dignitates distribuit, & pretia imponit maximē vtilis. Secūda imperiū animi reprimit. Tertia actionē regit, ostendēs quādo vnūquodque, & vbi, & quēadmodum agi debeat. Ideo cōmendationi virtutis in hac prima parte operis insistemus, vt eius pretiositas appareat, & vt ad amorē eius homines alliciātur. Magna enim pars bonitatis est, vt ait Sen. velle fieri bonū. Et Aug. Socratis sentētia est, quibus hominibus satis persuasum esset, vt nihil mallent se esse quā bonos viros, his reliquā facillē esse doctrinā. ¶ Virtus cōmendatione indiget: quia hæc thesaurus est absconditus in agra cordis.

cordis: qui ideo nō queritur, quia ignoratur. Matth. 13. Est etiam velut lapis preciosus qui cōculcatur ab his, à quibus virtus eius ignoratur. Eccl. 6. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis. hoc est dictū de sapiētia, quæ est de sapore virtutum condita scientia, quem reprobant & despiciunt qui eius virtutem non agnoscunt. Matth. 7. Neq; mittatis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis. ¶ Ex ignorantia pretiositatis virtutis accidit, quod ipsa adeo despicitur: q̄ si esset venalis, non inueniretur qui eam emeret. Senec. Bona mens nec commodatur, nec venditur. Et puto si venalis esset, non haberet emptorem: at mala quotidie emitur. Greg. Carnalium mentes bona pensare non valent, nisi quæ carnaliter vident. Ang. Vix est aliquis qui diligat interiora bona, quæ sola diligēda sunt: ceteris autem ad necessitatem utendum non ad gaudium perfruendū est. ¶ Virtus quia non agnoscitur: ideo à Deo non petitur nec accipitur, qui paratus est eam dare, si esset qui desideraret eam accipere. Hebr. 12. Contemplantes nequis desit gratia Dei. Et 1. Petr. 1. Sperate in eam quæ vobis offertur gratiam. Extentā habet Deus manum dexteram ad largiendum bona spiritalia, sed non est qui accipiat. Omnes enim ad sinistram aspiciunt, vt inde temporalia recipiant. ¶ Commendationi verò virtutis aliqua, quæ pertinent ad eius notificationem, breuiter pramitemus.

*De notificatione Virtutis.*

C A P. VII.

**N**Orandum ergo, quod nomen Virtutis antiquitus fuit solius fortitudinis, vt ait Tullius. Ratio verò huius hæc est: quia non statim innotuit hominibus virtuositas aliarum virtutum: sed virtuosi semper apparuerunt, qui laboribus & doloribus non facile vinci potuerunt. Sed post experientia docuit, animum habere multa certamina contra diuitias, delicias & honores, quorum victoria difficilis est & utilis: vnde & virtuosi nominari sunt, qui tales vincere potuissent. ¶ Item notandum, quod nomen virtutis in canone Sacrae scripturæ, vt frequentius, sumitur pro fortitudine, vel pro potentia, vel pro opere mirabili. Ratio autem prout hic de ea intendimus. Sed quod Philosophi in morali doctrina virtutem vocant, scriptura sacra, vt frequentius, gratiam nominat. Ratio autem huius diuersitatis hæc est. Virtus duplicem habet comparationem. Vnam ad id à quo est, scilicet ad Dei liberalitatem, cuius donum est, & sic dicitur gratia. Et est gratia donum à Deo gratis datū, habentem se Deo gratum faciens, & opus eius Deo gratum reddens. Aliam cōparationem habet Virtus ad id quod ab ea est, scilicet ad

ad

ad opus suum: & sic vocatur Virtus: & sic nominant eam Philosophi, faciem habentes ad donū Dei, & dorsum ad datorē. Aug. 4. lib. Confes. Dorsum habebam ad lumen, & ad ea quae illuminant faciem: & ipsa facies, qua illuminata cernebam, non illuminabatur. Philosophi fuerunt propria gloria amatores, & diuine glorię neglectores, de propriis viribus cōfidentes. cōditori suo gratias nō agentes, secundum illud dictum de ipsis Rom. 1. Nō sicut Deum glorificauerūt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis. Sācti verō facie habentes ad lumen, in lumine Dei agnoscunt insufficientiā suam. 1. Cor. 3. Nō quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Itē agnoscūt boni ad quā tēdimus eminentiā, q̄ supra vires nostras est. Vnde super illud Matth. 11. Regnū cœlorum vim patitur, &c. dicit Glo. Grādis violētia est in terra nasci, & cœlū rapere, & habere per virtutē, quod per naturā nō possumus. Agnoscunt etiā hostium inuisibiliū praeeminentiam, secundū potestatem & statum malitiā. Iob 40. Nō est potestas super terrā quę cōparetur ei. Nos quasi locustae sumus, & ipsi velut gigantes. Numc. 13. Vidimus monstra filiorū Enac, de genere giganteo: quibus comparati locustae videbantur. Origenes: Vult Dominus Iesus mirabiles res facere: vult enim de locustis superare gigantes, & de his quae in terra sunt, caelestes vincere nequitias. Ideo sancti intelligētes adiutorii gratiē ad eō eis esse necessarium, vt sine eo nihil possint, neq; bonum agere, neq; tueri: oportet enim gratiā praeuenire vt velint, & subsequi ne inaniter velint. sec. Greg. Parū enim prodest homini bonum velle, nisi tentanti postea possit resistere, & tueri bonū quod acquisitū est: omnia Deo attribuūt, & radicē meriti virtutē scilicet & premiū, nō vidētes nec in se, nec in alio bonū aliquid, nisi gratiam Dei. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Et Ioannes testatur se vidisse Iesum plenū gratia. Ioā. 1. Et Angelus Mariā plenā gratia nominat. Luc. 1. Et Gabriel monet natū ex sterili, Ioānem vocari, quod gratiam sonat. Luc. 1. Anima ex se sterili secundum naturā, nō potens ad meritū regni aeterni, gratiam Dei reputare debet tam meritū quā premiū. Rom. 6. Gratia Dei vita aeterna. Glo. Cōfitendum est gratiā Dei vitā aeternam vocari, quia his meritis redditur quae gratia cōtulit homini. Simile Ioan. 1. Gratia pro gratia. Et initiū boni & finis gratia est. Aug. in lib. de Correctione & gratia: Desiderare auxiliū gratiā, initiū gratiā est. Psa. Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Apo. 4. Vignitiquatuor seniores mittebāt coronas suas

ante thronum, ostendendo sedenti in throno deberi honorem, quod coronas recepissent. Rom. 9. Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Esa. 26. Omnia opera nostra in nobis operatus es Domine. Ro. 7. Velle adiacet mihi: adiacet inquam quasi infirmum: perficere autem bonum non inuenio. 1. Cor. 15. Abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum. Phil. 2. Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere. Joã. 15. Sine me nihil potestis facere. ¶ Et notandum quod virtus dicitur à vi, vnde Dominus vocat virtuosos violentos, Matt. 11. Violenti rapiunt illud. Et Luc. 16. loquens de regno caelorum: Omnis enim in illud vim facit. ¶ Virtuosus tripliciter vim facit sibi. Primò ardua aggrediendo, & quæ sunt supra hominem. Secundo aduersa patiendo. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei. Tertio à placitis abstinendo. Gen. 8. Sensus & cogitatio humani cordis in malũ prona sunt ab adolescentia sua. Ideo quasi cum quadã violentia oportet hominẽ ab his, quæ sibi placent, compesci. Quid in Epistolis. Est virtus placitis abstinuisse bonis. Vel dicitur virtus, quasi viri status, siue virilitas. virtus enim est perfecti animi & ad rectas operationes robusti: sicut virilis aetas est corporis robusti & perfecti. ¶ Itẽ notandũ, quod sicut dicit Tullius in li. de Offi. Virtus & honestas nomina diuersa sunt: res autẽ subiecta prorsus eadem. Honestũ verò est quod sua vi ad se nos allicit, & dignitate trahit: vt idẽ Tullius dicit in 1. Rhet. Honestus verò dicitur aliquis eò quod nihil habeat turpitudinis: vt dicit Isido. in lib. Etymologiã. Et subdit: Nam quid est honestas, nisi honor perpetuus, & quasi honoris status: Vnde hominibus virtuosis & honestis honor maximè exhibendus est. ¶ Inueniuntur in scripturis multæ descriptiones virtutis: de quibus ad ipsius maiorem declarationem aliquas ponemus, & exponemus.

*De descriptionibus Virtutis.*

CAP. III.

**V**irtus sic describitur in lib. de Spiritu & anima. Virtus est habitus mentis bene institutus. Et intellige mentem bene institutam, ad similitudinẽ regni, quod bene institutũ est, si recte in eo consulatur, & recte imperetur, & recte obediatur. Sic mens bene instituta est, quum ratio recte cõsultat, voluntas recte imperat, & vires subiecte voluntati recte obediunt. Hanc bonã institutionem virtus in mente facit. Ipsa enim rationẽ illuminat, & voluntatẽ de seruitute vitiorũ ad imperiũ sublimat. Sine virtute mens pueriliter regitur. Vnde vñ ei. Eccle. 10. Vñ tibi terra, cuius rex puer est. Sine ea regnũ mentis simile est regno Roboã, qui potius acquieuit

quieuit cōsilio iuuentū imprudentiū, quā cōsilio senū. 3. Reg. 21. Sic vbi virt<sup>9</sup> nō est, derelicto cōsilio rationis, sensibus acquiescitur: vbi virtus non est, quod debuit in homine seruire, imperar, nō sine magna inordinatione. Prou. 19. Nō decet seruū domini principiū. Et eiusdē 30. Per tria mouetur terra: id est, turbatur: & quartū quod nō potest sustinere, per seruum quum regnauerit. Virtus facit in regno mentis partē nobiliore regnare, & tūc beata est anima. Eccl. 19. Beata est terra, cuius rex nobilis est. Ipsa solū iudiciū rationi reddit: ex quo sequitur dissipatio omnis mali. Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudiciū, inuitu suo dissipat omne malū. Virtus verā nobilitatem in anima perficit, quam natura inchoauit. De initio nobilitatis, ait Seneca: Quis est generosus? Ad virtutē à natura bene disposit<sup>9</sup>. De perfectione dicit Hic. Sola apud Deū libertas est, nō seruire peccatis: summa apud eū nobilitas, clarere virtutibus. Item virtus sic describitur ab Aug. in lib. de quātitate anime: Virtus est æqualitas quādam vitę vndique consonans rationi. Virtus vitę æqualitatem facit: quia secundum Senecam, animū reddit asperis blandisq; inuictū, neutri se fortunę submittentē, quę nulla vis frangat, quem nec attollat fortuna, nec deprimat. Tullius: Præclara est æqualitas in omni vitā: idem qui semper vultus, eadēmq; frons: vt de Socrate accepimus. Virtus in vtraque fortuna par est: virtutem materia nō mutat, nec peiorē facit dura aut difficilis: nec meliorem hilari & læta, vt ait Seneca, virtus per omnia consonat rationi. Vnde Bernardus in epistola ad fratres de monte Dei: Virtus est ad iudiciū rationis vsus liberę voluntatis. Seneca: Humanis virtutibus regula vna est ratio recta. ¶ Virtus etiā sic describitur à Philosopho: Virtus est habitus animi, modo naturę consentaneus rationi. Ad opera virtutum, Primò incitat nos natura. Secundo, ratio. Tertio, gratia. Verbi gratia: Natura incitat vt subuenias proximo indigēti. Idem etiā ratio dicit, quia similis indigētia potest tibi accidere, in qua velles idē tibi fieri. Gratia verò hoc suadet tibi, quia proximus es, Dei imago. Dei filius, vel ad hoc creatus, vt in æterna beatitudine sit tibi socius. De instinctu naturę dicit Tullius: Sunt nobis innata virtutum initia, quę si adulescere liceret & pateremur, nos ad beatitudinem cū diuino munere ipsa natura perduceret. Idē: Nos igniculos natura datos extinguimus. Si quis autē obiciat, q̄ ad opus patientię nō incitatur à natura, quod videtur potius esse cōtra naturā. Respondet Seneca, q̄ materia boni contra naturā est, vt vulnerari, & subiecto igne rabescere, sed bonū nūquam. Seruare

enim animū infatigabile inter ista, quod est opus virtutis, secundū naturā est: quia nullum bonū sine ratione est, ut ipse ait. Sequitur autē ratio naturā. Bernardus: Omnis virtus homini naturalis est. Idē: Virtus quoniam naturæ res est, cum venit in animū, aliquādo nō venit sine labore, sed venit in locū suū, & fideliter sedet, & bene cum ea natura cōuenit. Seneca: Virtus secundum naturā est, vitia verò inimica sunt & infesta. Et secundū Arist. Virtus non est præter naturam. Chryostomus verò in quadam homilia dicit, quod virtus animi est, rectè de Deo sentire, & rectè inter homines agere. ¶ Virtus etiā sic describitur à Philosopho: Virtus est habitus voluntarius in medietate consistens quo ad nos. Medietas ista attenditur inter superfluitatē & indigentiam. Vnde idem Philosophus dicit, quod virtus est medietas duarū malitiarū: huius quidē secundū superfluitatē, huius verò secundum indigentiam. Boëtius: Virtutes medium tenent: si vel ultra vel citra quā oportuerit fiat, à virtute disceditur. Hæc autē medietas in virtutibus cardinalibus inuenitur: in virtutibus verò theologice non videtur posse inueniri. Remigius: Ea quæ sunt purè delectationes animæ, id est, quæ sunt animæ secundum se, nō determinantur secundū superfluum & diminutum, Cant. i. Adolest. entulæ dilexerūt te nimis. Ergo nimietas dilectionis in Deum nō videtur esse superfluum vel vitium. Quo ad nos dicitur esse hæc medietas: quia determinādo hanc medietatem, habendus est respectus ad personā operantis. Alicui enim esset parum quod alij esset nimium, vel econuerso. Aug. in lib. de libero arbitrio sic describit virtutē: Virtus est bona qualitas mētis, quæ rectè viuatur, quæ nemo male vitur, quā Deus in nobis operatur. Virtus dicitur bona eo modo quo albedo dicitur color albus: nō ideo quod albedo colori inhæreat ut accidens, sed color est ipsa albedo: sic est virtus bonitas mētis mentē bonam faciēs. Virtus etiā bona est: quia ducens ad summū bonum. Virtute etiā rectè viuatur: vitā autē rectam intellige, quæ extenditur ad Deū principium, & Deū finem, Deo qui est principium omnium bonorum de omnibus bonis gratias agēdo, iuxta illud i. Thes. 5. In omnibus gratias agite: & gloriā eius in omnibus quæredō: ad hoc enim creati sumus. Deut. 26. Faciet te Dominus excelliorē cunctis gentibus quas creauit in laudem & omnem gloriā suam. Esa. 44. In gloriā meam creauit eum i. Corinth. 10. Siue manducatis siue bibitis, siue aliquid aliud agitis, omnia in gloriā Dei facite. Vita eius qui sibi solum vult viuere, tantum quæ sua sunt quærens, & ad gloriā Dei non attendens, non est recta,  
imò

imò curua, quum in se reflectatur. Item non est recta quæ declinat quasi in latus per superfluitatem vel indigentiam. Virtutes cardinales obliquitatē, quæ est secundū superfluitatem vel indigentiam, excludunt: Theologica verò curuitatem, quæ est ubi vita reflectitur in vtilitatē proprii subiecti, non ordinata ad finem vltimum. Virtutes ergo cardinales cum theologicis vitam rectam efficiunt. Item quum rectum sit, cuius medium non exit ab extremis: extrema autē vite nostre quum sit Deus principium & Deus finis, vita recta est, quæ sicut est à Deo & ad deū, ita & sub Deo humiliter implēs eius imperiū, sicut ab eo habuit initium, & ab eo expectat præmiū. Vitam verò hic intelligas quatuor partes conseruationis: scilicet cogitationem, affectionem, locutionem, & operationem. Rectitudo verò horum est, quum non discordat à regula legis diuinę, quę nobis indicat diuinam voluntatem. Huic autē rectitudini oppositū est peccatū, prout describit illud Augustinus dicens, Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei. Per concupitū verò intellige cogitationem & affectionē. Item vita recta est, quum voluntas in nullo dissentit ab eo quod ratio rectē sentit. Voluntas enim rectē viuatur, voluntate peccatur, vt dicit Aug. Ratio recta regula est voluntatis. Bernar. super illud Cant. Recti diligunt te. Illū verē rectum corde dixerim, qui & rectē in omnibus sentiat, & à recto quod senserit in nullo dissentiat. ¶ Virtute etiā nemo male vitur propriē loquedo. Si quis tamē obiiciat de illo verbo Isidori, Interdū male vsq̄ virtutes vitia generāt, dicendū est, q̄ virtus potest esse occasio alicuius mali, sed nunquā actus eius erit abusus: sicut accidit in potētiis naturalibus, quibus homo potest bene vti, vel abuti. Per hoc quod subditur, quā Deus in nobis sine nobis operatur: patet quod hæc descriptio est intelligenda de virtute gratuita, præcedens verò virtus, est habitus voluntarius &c. intelligenda est de virtute cōsuetudinali. Alię verò descriptiones positę ferē omnes possunt intelligi & de gratuita & de cōsuetudinali. Si quis verò obiiciat de illo verbo Augustini: Qui fecit te sine te, non iustificat te sine te. Vnde videtur q̄ Deus nō operetur in nobis virtutem sine nobis. Respondendū est, quod Deus iustificat hominem sine homine cooperante, sed non sine homine adoperāte: sicut sol illuminat domū cum aliquis aperit fenestrā, non sine homine adoperāte, tamen sine homine cooperāte: homo enim nō cooperatur soli illuminādo domū. Sic verus sol infundit virtutes nobis preparatis ad earū susceptionem: non tamē cooperamur illi in illa infusione.

**S**equitur de commendatione Virtutis. Et notandū quod virtus est primò cōmēdabilis à dignitate dātis. Retinuit enim Deus donatōnē eius ad manū suam. Psa. Gratiā & gloriā dabit Dominus. Virtus fructus est Spiritūs sancti. Gala. 5. fructus spiritus est charitas, gaudiū, pax &c. Ex nobilitate arboris fruct⁹ bonitate agnosce. Arbor bona fructus bonos facit. Matth. 7. ergo optima oprimos. ¶ Secundo à dignitate corū quibus datur: hoc enim donū non est nisi bonorū & amicorum Dei: temporalia bona & etiā naturalia corporis vel animæ cōmunia sunt bonis & malis, amicis Dei & inimicis Et frequenter mali & inimici Dei potius in talibus abūdant quā amici Dei. Ex quo apparet nō esse vera bona. Si enim vera bona essent, potius daret ea amicis quā inimicis. Aug. in primo li. de Ciuitate Dei: Ista tēporalia bona & mala voluit Deus bonis & malis esse communia, vt nec bona cupidius appetantur, quā mali quoque habere cernūtur: nec mala turpiter euitētur, quibus & boni plerūque afficiūtur. Item Aug. in eo. li. 20. Profectō salubriter discimus, nō magnipēdere seu bona seu mala, quē videmus esse bonis malisque cōmunia, & illa bona quætere, quæ bonorū, & illa mala maxime fugere quæ proprie sunt malorū. Itē Aug. in eodē: Pulchritudinē idcirco Dominus largitur etiā malis, ne magnū bonum videatur bonis. Deserto itaque bono bonorū proprio, lapsus est factus ad bonorū minimū, non bonis proprium, sed bonis malisque cōmune. ¶ Tertio quasi à situ: quia possessio est valde bona bene sedēs. Bene sedet possessio quæ propinqua est ciuitati: melius quæ infra muros ciuitatis optimē quæ infra muros proprie domus tuta est, & ab hostibus & à ciuib⁹. Per optimē sedet virtus quæ est in secreto cordis. Seneca: Hūc dicito, hunc habe beatū, nō quē vulgus vocat, sed cui omne bonū in animo est. Itē Seneca: Sapiēs intra se omne bonū terminabit. Et dicit q̄ quidam capta patriā, & vxore & liberis amissis, quum ex incendio publico solus & tamē beatus exiret: interrogātī victori, Nūquid aliquid perdidissit: Nihil, inquit, perdidit, bona meā tecū sunt.

*Quod Virtus sit optimum presens vite, et bonitas aliarum rerum.*

## CAPVT V.

**Q**uartò cōmēdabilis est cōparatione aliorū bonorū. Et primò facta cōparatione ad bona presētia. Secūdo ad futura. ¶ Secūdo cōparationē primā virtutis optimū dicitur. Heb. 13. Optimū est gratia stabilire cor. Aug. in li. de morib⁹. Eccl. Erit, inquit, hominis optimū, quod animā optimā facit: nemo autē dubita

dubitauerit quin virtus animam faciat optimam. Et Iac. i. Omne datum optimum &c. Datum optimum, virtus vel gratia dicitur: respectu cuius simpliciter bona dicuntur que communia sunt nobis & brutis, vt fortitudo corporis, agilitas, pulchritudo, sanitas, & ea que pertinet ad corporis sustentationem, vel ornatum, vel protectionem. Bona meliora sunt bona anime, que tamen animam non reddunt de necessitate bona, que similiter sunt communia bonis & malis, vt scientia & similia. Optimum vero virtus, vel gratia. Perfectum, gloria. i. Cor. 13. Quum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Virtus non solum bona est, sed etiam bonitas bonum faciens necessario possessorem suum. Arist. in libro de eligendis: Si hoc facit bonum id cui adest, illud autem non facit, quod facit magis est eligendum, vel quod melius & principalius facit bonum: & si quidem hoc facit animam, illud autem corpus. Non sic dignitates & diuitie, que vt frequenter malos faciunt possessores suos, vel magis malos ostendunt. Boetius: Collata improbis dignitas, non modo non efficit dignos, sed potius prodit & ostendit indignos. Eccle. 11. Si diues fueris, non eris immunis a delicto. Seneca: Multum est non corrupti diuitiarum contubernio. Ideo virtus multum appetenda esset, tanquam propria bonitas: sed tanta est hodie hominum stultitia, quod de propria bonitate non curat, cum in omnibus suis bonitatem querant. Seneca: Nihil est cuique se vilius. Aug. Bona vis habere, & bonus non vis esse. Idem: Quid est quod te velis malum habere: Nihil omnino. Non uxorem, non filium, non seruum, non tunicam, postremo non caligam, & tamen vis habere malam vitam. Rogo te prepone vitam tuam caligam tuam. Idem: Quid te offendit vita tua quam sola vis malam, vt inter omnia bona tua tu solus sis malus? Idem: Adeo cecitas mentis inualuit, adeo homo interior obscuruit, vt omnia velit habere bona preter seipsum. Plus deberet homo amare bonitatem sui, quam totum mundum. Quum enim homo preualeat toti mundo, bonitas eius bonitati mundi totius preualeat. Seneca. In homine nihil ad rem pertinet, a quam multis saluetur, quam pretioso incubet lecto, quam perlucido poculo bibat, sed quam bonus sit. Hoc autem debet mouere hominem ad amorem propriae bonitatis, quod sicut ipse quando bonus est, melior est omnibus creaturis visibilibus: sic quando malus est, peior est illis: quia non solum malus est malitia poene, sed etiam malitia culpae, ipse debitor est mortis temporalis & aeternae. In hoc deterioris conditionis est serpentes & bufonibus. ¶ Nec solum virtus bonitas est hominis, sed etiam est bonitas operum. Plus enim valet vna elemosy-

na, vel aliud bonum opus ex virtute vel gratia procedēs, quā  
 mille sine gratia. Si aliquis mille annis facit opera de genere  
 bonorū sine gratia, nō meretur regnū aternū, quod tamē me-  
 reretur vnico bono opere ex gratia facto. Senec. Vnus dies homi-  
 nū eruditorum plus valet, quā imperiti longissima aetas. Qui  
 faciunt opera de genere bonorū sine gratia, picturas habēt bo-  
 norū operū, non bona opera. Senec. Apud sapientes sunt hone-  
 sta, apud vulgus simulachra rerū honestarū. Opus de genere bo-  
 norum sine gratia factum, lumē esse videtur, & tamē nō est ve-  
 rē lumē. Matt. 6. Si lumē quod in te est tenebrae sunt, ipsa tene-  
 brae quante erunt? Tale opus simile est ligno putrido, quod his  
 qui in tenebris sunt lucidū videtur. Tale opus videtur esse aurū,  
 quum sit aurichalcum. Bernar. Melius est pallens aurum, quā  
 fulgēs aurichalcū. Qui habet abundantia taliū operū, est quasi  
 diues quū nihil habeat. Prou. 13. Itē opus tale est velut cadaver  
 exanime. Vnde anima cuius sunt opera talia, est velut mulier in-  
 foetrix, omnes fetus suos paries mortuos. Quid est fides quē nō  
 operatur ex dilectione, nisi cadaver exanime? Quod de fide in-  
 formi dicitur, verum est de omnib. operib. informib. quē scilicet  
 sine gratia sūt. Homo absque gratia est velut arbor syluestris  
 ferens fructus, quib. porci infernales pascuntur. Gratia verō est  
 velut ramūcul⁹ celestis, q̄ huic arbori insert⁹ facit eā ferre fru-  
 ct⁹ optimos, qui legitur Deū & angelos. Luc. 15. Gaudiū erit in  
 caelo super vno peccatore penitentiā agēte &c. ¶ Nec solū vir-  
 tus est bonitas operū, sed etiā rerū tēporaliū. Bonū enim rerum  
 tēporaliū, est laudabilis vsus earū qui virtutis est vel gratiē.  
 Vnde malis tēporalia bona nō sunt, cū malē illis vtatur. Senec.  
 Stulto nulla re opus est, nulla enim re scit vti. Eccl. 13. Bona est  
 substātia, cui nō est peccatū in cōscientia. Sicut sanguis in cor-  
 pore humano nō est bonus, si sit materia infirmitatis, vnde eua-  
 cuād⁹ est: sic tēporalia nō sunt bona his quib⁹ sunt materia in-  
 firmitatis spiritualis. Senec. Dicis, pecuniā perdidisti. O te felicem  
 si cū ea auaritiā perdidisti: sed si manet illa apud te, es tātū felici-  
 or, quo tātō malo materia subducta est. Prou. 1. Vsq̄quo stul-  
 ti ea quae sibi sunt noxia cupiēt? Fit iusto Dei iudicio, vt cū ali-  
 quis mal⁹ est verē domino, illa mala sint ei quib⁹ ipse domina-  
 tur quasi vindicantia creatorē suū. ¶ Virtus etiā mala pōne in  
 bona conuertit: iuxta verbū Sen. Eccl. 8. Qui custodit præceptū  
 nō experietur quicquā mali. Nō est mala aduersitas viro iusto,  
 cū sit ei materia coronē aeternē. Et vt breuiter dicatur. Virtus si-  
 ue gratia est totū verū bonū hominis in vita ista. Vnde gl. Aug.  
 super

super illud Psal. Signatū est super nos lumē, &c. dicit de lumine gratia. Hoc lumē est totum & verū hominis bonū. Sine gratia non est homini verē bonū, vel bonū naturę vel bonū fortunę, Bernar. Si quis callidus est ingenio, si viger arte, si preminet intellectu, instrumēta sunt hęc tam vitiorū quā virtutū. Senec. Non viuere bonū est, sed bene viuere: bene autē viuere virtutis est. Tullius: Quod rectū & honestū est & cū virtute, id solū bonū arbitror. Nunquid potest cuiquā malo bonū esse, aut potest quisquā in abundantia bonorū esse nō bonus? Seneca: Doce nō esse postū bonū vitę in spatiū eius, sed in vsu: vsus autē rectę virtutis est. Sap. Omnia quę extra nos sunt dona, quęq; hominibus fortē cōringunt, non ideo laudātur, q; habuerit quis ea, sed quod his honestē sit vsus. Aug. Nō vtiliter in tempore viuatur, nisi ad comparandum meritum, quo in aternitate viuatur.

*Quod virtus sit propriē bonum nostrum, possessio libera & sufficiens.*

CAP. VII.

**V**irtus, secūdum Philosophos, bonum nostrum est propriē, quū bona fortunę sint bona aliena à nobis. Hoc bonū nulla vis à nobis excutit, iuxta verbū Sene. Nō potest auferri ab homine, nec in vita, nec in morte. Tulli<sup>9</sup>, Omnia alia caduca sunt: virtus vna est, altissimis defixa radicibus. Idem: Hęc demum sapiētia est, vt omnia tua in te posita esse dicas, humanosq; casus virtute inferiores putes. Senec. Non est tuū fortuna q; fecit tuū. Boëtius in lib. consola. Nunquam tua facies esse fortuna, quę natura rerum à te facit esse aliena. Sen. Periturū est, nepe q; aduentitiū fuit. Idē: Quid stultius est, quā in homine aliena laudare: quid eo demētius q; circa se miratur ea quę ad aliū prorsus trāsferri possunt: Nō faciūt meliorē equū aurei freni. Aug. in lib. Soliloquiorū: Deus per quē dicimus aliena esse, quę aliquādo nostra: & nostra esse, quę aliquādo aliena putauimus, accipe me ab istis fugiētē famulū tuū quia & ista me quādo fugiēbā à te, acceperūt alienū, ad te mihi redeūdū esse sentio, nihil aliud scio nisi fluxa & caduca spernenda esse, & cętera & aterna requirēda. Senec. Ratio arbitra est bonorū & malorū: aliena & hęcerna pro vilibus habet, omne illi bonū in animo est. Habacuc 2. Vē qui congregat non sua. Nō sua vocat tēporalia. Senec. Hęc cogitationes tuę redāt, hoc cura, hoc opta, omnia alia Deo vota missurus, vt cōtētus sis remetipso, & ex te nascētib<sup>9</sup> bonis. ¶ Item virtus possessio libera est, quę possidet bona tēporalia in subiectione, est aliqua vel fortunę, vel ipsarū diuitiarū, vel corū quibus occasione diuitiarum indiget. Sen. Incipit esse fortunę

subiectus, si quis partē sui foris quarit. Aug. Venditis rebus nostris nullō magis carū accipimus pretiū, quā nos ipsos. Implicati enim talibus nō eram⁹ nostri. Sen. Minus quā seruus est, qui seruos timet. ¶ Itē virtus possessio est habēri sufficiens. 2. Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea. Sen. Virtus nudo homine cōtēta est. Idē: Sapiens se contentus est, non vt velit esse sine amico, sed vt possit. Itē Seneca: Se contentus est sapiens ad bene viuēdū, non ad viuēdum: ad hoc enim rebus multis illi opus est, ad illud tantū animo sano & erecto & despiciēte fortunā. Idem, Virtus nullō eget, & prāter summū bonū extrinsecus instrumenta nō quarit. Ecōtrario, diuitiā tetrena multis indigēt. Boēti⁹: O angustas inopēsque diuitias, quas nec habere totas pluribus licet, & ad quēlibet sine ceterorū paupertate nō veniūt. Idē: Verū illud est, permultis illos indigere, qui permulta possidēt. Homo absq; virtute vel gratia est regio egestatis. August. in lib. Cōfess. De fluxu à te ego, & erravi: erravi Deus me⁹ nimis deuius à stabilitate tua in adoleſcētia mea, & factus sum mihi regio egestatis.

*Quod virtus est magna iucunditatis & dignitatis. CAP. VII.*

Item virtus bonum est & magnā iucunditatis & magnā dignitatis. Boēr. se cōsol. Nūquā sine pēna sunt vitia, nūquā sine premio sunt virtutes. Seneca. Rerū honestarū pretium in ipsis est: hoc pretium est mentis lætitia. Idē: Rectē factorū verus fructus est in ipsis: nec vllū virtutum pretium dignum ipsis extra ipsas est. Ber. Delectationes non perdimus, sed mutamus à corpore ad animam, à sensibus ad conscientiam. Item Greg. super Iob 1. Filij per domos conuiuium faciunt, dum virtutes singulæ iuxta modū propriū mentē pascunt. Ecōtrario cūtre per singulā, tot inuenies animæ tormentā, quot vitia, vt ait Aug. Gaudium virtutis est velut fons gaudij in domo propria nascēs. Se ne. Existimas me detrahēre tibi multas voluptates, qui fortuita submoueo, qui dulcissima speci oblectamenta cēleo deuitanda. imō ecōtrā volo tibi nūquā deesse lætitiā: volo illā tibi domi nasci: nascitur, si intra te ipsum sit. Idem: Tu iudicas eū gaudere qui ridet: animus debet esse alacer & fidens, & super omnia rectus. Eccle. 30. Non est oblectamentum super cordis gaudium. Seneca. Conculca ista quę extrinsecus splēdent, & de tuo gaude. Quid est autem hoc, de tuo, de teipso, & tui optima parte. Idē: Viri boni gaudium est ex bona conscientia, ex contemptu fortuitorū ex honestis consiliis, ex rectis actionibus, ex placito vitæ & continuo tenore vnā premehtis viam. Idem: Hæc quibus delectatur vulgus, tenuem habēt ac perfunctoriam voluptatē, & quod

quodcūque inuētiū est gaudiū, fundamento caret: hoc de quo loquor, ad quod te conor perducere, solidū est, & quod plus pateat introrsus. Idē: Fundamentum bonæ mētis est, non gaudere vanis. Fundamētū hic esse dixi culmen, cū ad summa peruenit qui scit quo gaudeat, qui felicitatem suam in aliena potestate non posuit. Item Seneca. Improbæ voluptates non sunt solidæ, non sunt fideles: etiam si non nocent, fugiunt: potius aliquod bonum mansurum circūspice. Sola virtus præstat gaudiū perpetuū, securū, etiam si quid obsistat nubium, materia interuenit, qua infra feruntur, nec vnquā die vincunt Greg. Absit vt tanta sit delectatio in vitiis, quanta est in virtutibus. ¶ De dignitate virtutis dicit Boë. Non virtutibus ex dignitate: sed ex virtutibus dignitati honor accessit. Idē: Virtuti propria dignitas inest. Virtus est beatitudo, vel felicitas præsens vita. Beatitudo virtutū de fonte cælestis beatitudinis, amicis Dei in hac valle miseriz stillatur. Vnde. 2. Cor. 12. dicit gl. Aug. In regione intelligibiliū beata vita in fonte suo bibitur: inde aliquid aspergitur huic humane vitæ, vt in tentationibus huius seculi tēpē rāter, fortiter, iuste, prudētēque viuatur. Tullius: In quo virtus est, nihil ei deest ad bene ac beatē viuendū, Macrobius: Sola virtutes faciunt beatū: nullaque alia via quisquā hoc bonū adipiscitur. Sene. Ratio recta & consummata felicitatē hominis impleuit: hoc vnū bonū hominis est, quod qui habet, etiam si aliis destituitur, laudāndus est: quod qui nō habet, in aliorū omnium copia dānatur. Rationē verò rectā & consummatā facit virtus. Vnde Aug. dicit in libro Soliloquiorum, quod virtus est ratio recta vel perfecta: id est, rationis rectitudo vel perfectio.

*Quod status virtutū assimilatur paradisi, terrestri & cælesti. CAP. VIII.*

**V**irtus seu gratia quasi paradisi facit in corde hominis. Eccl. 41. Gratia Dei sicut paradisi in benedictionibus. Assimilatur cor vbi gratia est, paradiso & terrestri & cælesti. ¶ Terrestri tripliciter, scilicet amœnitate, fecunditate, & securitate. ¶ Amœnitatē & fecunditatē ibi faciūt quatuor virtutes, velut quatuor flumina paradisi mentē irrigātes. Vnde glo. Greg. super illud Gen. 2. Flui<sup>9</sup> egrediebatur de loco voluptatis ad irrigādū paradisi &c. Quatuor flumina paradisi irrigāt: quia dū his quatuor virtutib<sup>9</sup> cor infunditur, ab omni desideriorū carnaliū æstu rēperatur. Ecc. 40. Sup. omnē aquā viriditas, & ad horā fluminis. Altitudo verò facit securitatē: quia sicut paradisi<sup>9</sup> terrestris in alto situs est pingēs vsq; ad lunare circulū, sicut dicit gl. Str. super illud Gen. 2. Plātauerat De<sup>9</sup> paradisi voluptatis: sic cor

ubi Dei gratia est, in alto situ est. Seneca. Talis est sapientis animus, qualis mundus supra lunam: semper illic serenū est quod nō est alieni muneris: nec arbitrij alieni est, quod nō dedit fortuna, nō eripuit. ¶ Paradiso verò caelesti in quatuor assimilatur. Primo, in hoc quod est Dei habitatio placet enim Deo habitare in anima virtutibus ornata. Hier. Nihil quietius, nihil purius ea mente debet esse, quae in Dei habitaculum preparanda est: quae non auro repleta fulgentia, non gemis altaria distincta delectant, sed anima ornata virtutibus. I. rou. 8. Deliciae meae, esse cum filiis hominis. Bernardus animam huiusmodi calum vocat, dicens, Nec mirum, si calum hoc libenter inhabitat dominus Iesus, quod non quomodo ceteros dixit tantū ut fieret, sed pugnauit ut acquireret, occubuit ut redimeret. Secundō in hoc quod est locus luminis. Job 38. Nesci per quam viam spargitur lux. glo. iustitia est lux. Tertiō, quia locus est ordinati amoris. Breuis enim & vera definitio Virtutis, est ordo amoris: ut ait Aug. in lib. de Ciuit. Dei. Quartō, quia locus est gaudij. Esa. 51. Ponam desertum eius delicias & solitudinem eius quasi hortū Domini. Cor hominis antequam sit in gratia Dei, est velut desertum, sed per gratiā fit quasi hortus domini. Ista quatuor in paradiso caelesti inueniuntur. Est enim Dei habitatio, locus luminis, & ordinati amoris, & gaudij. ¶ Contraria verò quatuor praedictis cor peccatoris facit quasi infernū, cum sit habitatio demonum, & habeat tenebras ignorantiae & culpae, & ignem prauae concupiscentiae, & vermē remordentis conscientiae. Haec enim quatuor sunt in inferno. Vae illis qui multis in laboribus & expensis sibi faciunt infernū. Vae illis qui potius eligunt habitare in inferno quā in paradiso. Mira insania talium qui infernū praecipitant, quasi timerēt se nimis tardē peruenturos ad eū.

*De praexcellenti gaudij virtutis respectu gaudij mundani. CAP. IX.*

**E**T notandū, quod gaudiū virtutis quadrupliciter praecellit respectu gaudij mundani. ¶ Primō in continuitate. Homo carnalis nō semper sedet ad mensam corporalem, sed homini virtutis secura mens est quasi iuge conuiuiū. Prou. 15. Job 20. Gaudium hypocritae ad instar puncti. Hypocrita est mūdus exterius deauratus. Aug. in lib. Conf. Si quid arrisisset prosperū, tædebat apprehendere: quia penē prius quā teneretur, auolabat. Gaudiū mundanū venit de foris, & facillē impeditur, & discontinuatur. Seneca vitā virtutis luci cōparat, vitā verò mūdā fulgori, dicit. Magna existimas esse quae relicturus es, &c. Proposuisti vitā securitatis ad quā iturus es, retiner te huius vitæ fulgori a qua trans

trāsiturus es tāquā in fordida & obscura casurū erras. Ex hac vi-  
 ta ad illā ascēditur, quod interest in splendorem & lucē, cū hac  
 certā originē habeat atq; suā, ille niteat ex alieno: hoc interest  
 inter hanc vitā & illā, hoc fulgore veniēte extrinsecus percussa  
 est, statim crassā faciet illi vmbra, quicquid obtiterit, illa suo  
 lumine illustris est fulgor, est luminis repercussio. ¶ Secūdo in  
 puritate. Dulcedo enim felicitatis humanę multis amaritudini-  
 bus respersa est, iuxta verbū Boëtij, Homo enim carnalis vnam  
 amaritudinē habet ex dilatione deliciarū, quas vehemēter ap-  
 perit: etiā ex defectu quē inuenit in vsu earū: vbiunque enim  
 caro querit refectionē, inuenit defectionē, iuxta verbū August.  
 Excessum etiam in sumēdo delectabili sequitur duplex amari-  
 tudo, scilicet remorsio conscientia & grauiamē natura. Seneca:  
 Voluptas quo auidius hausta est, citius in contrarium recedit.  
 Eccl. 31. Amaritudo animae vinū multum potatū. Gaudiū verò  
 virtutis purū est, nō respersum tot amaritudinibus. Aug. in lib.  
 Conf. Tu semper aderas misericorditer fauēs, & amarissimis  
 aspergēs offensionibus omnes illicitas iucūditates meas, vt ita  
 quērerē sine offensione iucūdari: & vbi hoc possem, nō inueni-  
 rem quicquā prāter te Domine. ¶ Tertiò in dignitate. Gaudiū  
 enim virtutis est de iis de quibus dignū est gaudere. Vnde su-  
 per illud Gal. 5. Fructus Spiritus, est charitas, gaudiū. dicit gl. id  
 est, elatio animi de his quę digna sunt gaudiū: gaudiū mundi  
 de indignis est. Seneca. In voluptate nihil est magnificum, nihil  
 quod naturā Deo proximā deceat, mēbrorū viliū ac turpiū mī-  
 nisteriō veniēs exitu foeda. Prou. 3. Stultorū exultatio ignomi-  
 nia. Itē 15. Stultitia est gaudiū stulto. Et Dominus gaudēti Hie-  
 rusalē flet air, Si cognouisses & tu. Luc. 19. inuēs cecitatē causā  
 esse illius gaudiū. Prou. 2. Qui letātur cū malefecerint, & exultāt  
 in rebus pessimis. Aug. Quid est seculi gaudium? breuiter dico,  
 Seculi laetitia est impunita nequitia: scilicet luxurtari, in spectā-  
 eulis vagari, ebriositate ingurgitari, turpitudine foetere, & ni-  
 hil mali pati, hoc gaudium deterius est dolore. Peius est enim  
 gaudere de iniquitate, quā dolere de corruptione, vt ait Aug.  
 ¶ Quartò in salubritate gaudium virtutis salubre est faciēs cō-  
 rēni gaudia vana. Eccl. 1. Vbi multa est sapientia, multa est indi-  
 gnatio. Vbi enim sapor virtutum sentitur, iucunditas carnalis  
 despicitur: quia gustato spiritu, desipit omnis caro, iuxta verbū  
 Aug. Item facit triūphare de diabolo. Vnica enim ratio vincē-  
 di inimicū, est laetitia spiritualis, vt ait Anto. Eccl. 30. Iucūditas  
 cordis hęc est vita hominis & thesaurus sine defectione sancti-  
 tatis

tatis: Qui gaudium sentit in vita bona, perseverare potest in ea: e contrario in moerore animi deicitur spiritus. Prou. 15. Deicitur inquam ab altitudine virtutum. Gaudium verò mundi noxiū est. Nec mirum, cum sit à Deo maledictum. Luc. 6. Vae vobis diuitibus, qui hic habetis consolationem vestram, &c. Si quis non audeat gustare cibum ab aliquo sancto maledictum, quanto minus maledictum à Deo? Gaudium illud hominem infatuat, vt patet in Salomone, qui non prohibuit cor suum, quin omni voluptate frueretur. Eccl. 2. E infatuatus est. 5. Reg. 11. Iob. 28. Sapientia non inuenitur in terra suauiter viuentium. Hoc gaudium in dolore reuertitur. Prouer. 14. Extrema gaudij luctus occupat.

*De his que faciunt ad gaudium virtutis.* CAP. X.

**E**T notandum quòd octo sunt que facere videntur ad gaudium eius in quo virtus est. Primo conscientie puritas. Animus enim generosus potius quiescit in lecto conscientie, quando est mundus, quam quando est immundus naturaliter abhorret immunditiam. Vnde super illud Galat. 5. Fructus Spiritus, est caritas, gaudium, dicit gl. id est, puritas animi. Secundo sanitas virium animæ, quæ gratia facit. Anima sanata maiorem quietem habet. Prou. 16. Dulcedo animæ sanitas ossium: id est, virium Chrys. Gratia est sanitas mentium. Tertio libertas. Peccator ligatus est ante aduentum gratiæ seruitute peccati, vt nō possit facere quod vult superior pars rationis, iuxta illud Prou. 5. Iniquitates suæ capiunt impiū, & funibus peccatorum suorum quisque constringitur. Aug. in lib. Conf. suspirabam ligatus non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate: velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me, quippe ex voluntate peruersa facta est libido: & dum seruitur libidini, facta est consuetudo: & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Gratia verò Spiritus sancti adueniens libertatem in homine facit. 2. Cor. 3. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Quarto quies à cruciatu tumultuosarum cogitationum & inordinatarum affectionum, & à cruciatu vermibus conscientie. Ab illis enim vis gratiæ cor liberat. Omnes qui illicita appetunt, vel in hoc mundo aliquid videri volunt, de his cogitationum tumultibus in corde comprimuntur, vt ait Greg. Sancti verò, quia nihil huius mundi appetunt, nullis proculdubio in corde tumultibus opprimuntur, vt idem Greg. ait. Item mali cruciatur in corde inordinatis affectionibus. Aug. in li. Conf. Iussit Deus, & sic est vt poena sibi sit inordinatus animus. Alij cupiditate cruciatur, quasi fame & siti insatiabili bonorum temporalium, qui cruciatus non cessat, nisi Dei gratia famem & sitim huiusmodi sedet

det. Sen. Si vis animū in perpetua voluptate esse, nō voluptatib⁹  
 adiciendū est sed cupiditatibus detrahendū. Aug. Qui biberit de  
 fluuio paradisi, cui⁹ gutta vna maior est quā Oceanus, restat vt  
 in eo sitis mūdi huius extincta sit. Alij autē timore cruciantur  
 habētes caput tremulū sicut cāpana. Iob 15. Sonit⁹ terroris seper  
 in auribus eius: & cū sit pax, ille semper insidias suspicatur. Alij  
 cruciātur inuidia, amittētes quicqd alij lucrātur. Alij exurūtur  
 ira. Has affectiones gratia cessare facit: vnde anim⁹ quiescit &  
 iucūdu est: Itē peccatorē vermis cōsciētię cruciat. Hier. 2. Sci-  
 to & vide quā malū & amarū est reliquisse te dominū Deū tuū.  
 Aug. Tale bonū est Deus, vt nemini eū deserenti bene sit. Hac  
 est prima vindicta, quā sumit Deus de peccatore, nō sinens de-  
 decus culpe esse sine decore vindictę. Seneca: Scelera etiā si non  
 sunt deprehēsa cū fierent, sollicitudo cū ipsis abiit. Boē. Prima  
 est hęc vltio, quōd se Iudice nemo nocens absoluitur. Cū gratia  
 hūc vermem cessare facit, animus quiescit, sicut aliquis melius  
 quiescit in lecto suauī quā spinis pleno. Cant. 1. Lectulus noster  
 floridus. Lectulus, inquā consciētię. De consciētia potest dici,  
 quod dixit Philosophus Zeno de vxore. Vxor, inquit, aut perpe-  
 tuale refugiū est, aut perēne tormētū. ¶ Quintō cōueniētia vir-  
 tutis cū natura. Bene enim cōuenit naturā cū virtute: iuxta ver-  
 bū Bern. Chryl. Gratia est cordis delectatio. Prou. 3. Lux iustorū  
 lætificat, lux iustorū gratia est, quæ naturæ coniuncta lætificat.  
 ¶ Sextō iucūditas boni operis. Psal. In custodiēdis illis retribu-  
 tio multa. gl. Nō tātū pro eis in futura reddetur præmiū: sed hic  
 in eorū custodia magnū est gaudium. Cuius gaudij ratio potest  
 esse, q̄ opus virtutis est in medietate: natura verō in medijs de-  
 lectatur, & in extremis cōtristatur: vt visus delectatur in viridi  
 colore q̄ medius est inter albū & nigrū. Sicut mulier naturali-  
 ter gaudet cū peperit filium: si autē peperisset bufonē, vel aliud  
 cōtra naturam, doleret: sic animo gaudet, quando bonum opus  
 fecit tanquā fructum sibi comperentē: & contristatur de malo  
 opere, tāquā de foetu cōtra naturā. Io. 17. Mulier cū perit &c.  
 propter gaudiū, dicunt virtutes, Esa. 3. Panem nostrum comede-  
 mus & vestimētis nostris operiemur. In opetibus enim carum  
 quedā spiritualis refectio est. ¶ Septimō discretū regimē corpo-  
 rī. Hi in quibus virtus est, nō habēt tot molestias ex parte cor-  
 poris, & diutius viuūt, quia corpus discretē regūt. Eccl. 25. Beat⁹  
 qui habitat cū muliere sensata. Mulier sensata est caro disci-  
 plinata. Sen. Potest nostra prouidētia lōgiorem prorogare huic  
 corpusculo morā, si voluptates, quibus maior pars perit, poterit  
 mūs

mus regere & coercere. ¶ Octauò, quod boni voluntatem suam conformât voluntati diuinâ. Vnde sicut volûtas Dei impletur, ita voluntas eorû. Aug. Iugû Christi suaue est, & onus eius leue: quia qui huic iugo subiectus est, cetera ei subiecta sunt, & nihil ei repugnat. Non habent mali pacem, qui Deo resistunt. Ioël 9. Quis restitit ei, & pacem habuit? Senec. Vir bonus quicquid ei acciderit, æquo animo sustinebit: scit enim hoc accidisse ex lege diuina ex qua vniuersa procedût. Via virtutis in principio habet aliquid difficultatis: quia incôsueti est. Hier. Insuauem & asperam fecit nobis viam virtutis longa côsuetudo peccandi. Dulce est lumen, & delectabile oculis videre solê. Eccl. 11. & tamê lux solis cõtristat oculos tenebris assuetos, sic via virtutis in principio est molesta, sed post iucunda efficitur gratia & assuetudine. Ber. Facillimû esset & delectabile adiûcto Dei amoris cõdimêto secundû naturâ viuere, si infania nostra nos permitteret, qua sanata statim naturalibus natura arridet. Tullius: Optima forma viuendi eligenda est, quâ iucundâ reddet assuetudo. Gl. super illud Matt. 11. Iugû meû suaue est. Angusta est via que ducit ad vitam: quia nõ nisi angusto initio incipitur: processu verò tẽporis ineffabili delectationis dulcedine dilatatur. Prouer. 4. Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, nõ arctabûntur gressus tui. Senec. Initium eundi ad virtutes arduû est: quia hic primû imbecille mêtis, & agrè est in experta formidare: itaque cogenda est vt incipiat, deinde non est acerba medicina, protinus enim delectat dum sanat. Aliorû remediorum post sanitatẽ voluptas est philosophia, pariter & salutaris & dulcis est.

*De commendatione Virtutis, facta comparatione ad bona futura.*

## CAPVT XI.

Comparatione ad futura bona cõmẽdabilis est virtus multipliciter. ¶ Primò, quia signû est quo distinguûtur recipiẽdi ad gloriã æternã à nõ recipiẽdis. Ephes. 4. Nolite contristare Spiritû sanctû in quo signati estis, &c. Apoc. 3. Ecce dedi ostium apertû corã te, quã nemo potest claudere, quia modicã habes virtutẽ, id est, humilẽ virtutẽ. De defectu huius signi cõqueruntur dãnati in inferno. Sap. 5. Virtutis, inquit, nullû quidẽ signum valuimus ostendere. ¶ Item virtus pignus & arra est hæreditatis æternæ. Ephe. 1. Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Quidam tamen codices melius habent, arra. gloss. Interest inter arram & pignus: quia pignus quando datur, soluto eo pro quo ponitur, aufertur. Arra verò est, cum de ipso precio datur aliquid quod non est auferendum

dum, sed cōplendū. Virtus vel gratia est arra beatitudinis: quia quādā inchoatio eius est. 2. Cor. 1. Signavit nos & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. ¶ Itē vñctio est ad regnum: non ad regnum Franciæ, sed ad regnum gloriæ. Serua vñctionem, securus es de regno. 1. Ioan. 2. Et vos vñctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis, hanc vñctionem facit Deus ipse. 2. Corin. 1. Qui vñxit nos, Deus est. Nec solum vñctio est ad regnū futurum: imò per ipsam viri sancti viā ducunt regiam in præsenti. Luc. 18. Regnum Dei intra vos est. Rom. 13. Regnum Dei nō est esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudiū in Spiritu sancto. Nō solum regnū Dei dicitur esse in cordibus sanctorum: quia Deus in eis regnat, cuius imperio in omnibus obediunt: sed etiā quia ipsi quodammodo regnant ad Dei similitudinem. Omnia enim & prospera & aduersa seruiunt eis, & cooperantur in bonū. Seneca: Si vis omnia tibi subiicere, subiice te rationi. Idē: Vis habere honorem magnū, imperium dabo tibi, impera tibi. Bern. Nō putent diuites huius seculi fratres Christi possidere sola cęlestia, quia audiunt Christū dicentem: Beati pauperes, &c. possident & terrena. Fideli homini totus mundus diuitiarū est. Plane totus, quia tā prospera quā aduersa opus ipsius æquē omnia seruiunt ei & cooperantur in bonū. Sapien. 17. Omnia transfigurata omnium nutritici gratiæ tuę deseruiebant. ¶ Item virtus vel gratia pretiū est regni cęlestis. Rom. 6. Gratia Dei vita aterna. Macrobius: Quanquam sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimū virtutis est premiū: tamen illa diuina virtus stabiliora quādam præmiorum genera desiderat. Virtus est pretium quodammodo ipsius Dei. August. in lib. de ciuitate Dei: Præmium virtutis erit ipse qui virtutem dedit.

*De commendatione Virtutis, autoritate Saluatoris. CAP. XII.*

**Q**uinto commendabilis est virtus autoritate Saluatoris, qui virtutem monet querere, cum bona terrena consulat relinquere. Matth. 6. Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius, &c. Matt. 19. Si vis perfectus esse, vende omnia que habes, & da pauperibus, &c. Augu. Cum ea que Deus laudat & promittit ab illo petitis, securē petite. Illa enim Deo propitio cōceduntur. Quando autem petitis temporalia, cū modo petite, & cum timore illi committite, vt si prosint, det: si scit obesse, non det. Quid enim oblit vel profit, medicus nouit, nō ægrotus. Amatores virtutis Christus beatos prædicat, cum contemptores temporalium beatos dicat. Matt. 5. Beati pauperes spiritu, &c. Et in eodem, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam

ipſi ſaturabuntur. ¶ Cum Chriſtus pauperrimus eſſe voluerit, quantum ad bona temporalia, tamen quantum ad virtutes diſtiſſimus voluit eſſe. vnde Ioannes refert ſe vidiffe eum plenum gratia. Ioan. 1. Et in eodem: De plenitudine eius nos omnes accepimus. Præmiſerat Deus diuerſos ſanctos in mundum, ad diuerſas virtutes oſtendendas: tandem venit ipſe in propria perſona eas docere, & per experientiam addiſcere. Greg. in Moral. Ad oſtendam innocentiam venit Abel. Ad docendam munditiam venit Enoch. Ad inſinuandam longanimitatem ſpei & operis venit Noë. Ad manifeſtandam obedientiam venit Abraham. Ad demonſtrandam coniugalis vitæ teſtimonium venit Iſaac. Ad inſinuandam laboris tolerantiam venit Iacob. Ad rependendam pro malo bonæ retributionis gratiam venit Ioseph. Ad oſtendam manſuetudinem venit Moyſes. Ad inſinuandam contra aduerſa fiduciam venit Iofue. Ad oſtendam inter flagella patientiam venit Iob. Magiſterium manſuetudinis & humilitatis ſibi aſcribit Saluator. Matth. 11. Diſcite à me, inquit, quia mitiſſum, & humilis corde. Et eiufdem 10. docet prudentiam: Eſtote, inquit, prudentes. Et Luc. 21. ſobrietatem: Attēdite vobis ne forte grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate. Io. 13. charitatem & humilitatem, in ablutione pedum. Eiufdem 15. charitatem. Ceteras virtutes ſimiliter docet, ſicut patebit, cum de ſingulis virtutibus tractabitur. Addiſcere etiā eos voluit per experientiam. Vnde Lucas oſtendit eum profeciſſe ſapientiam, & artem, & gratiam apud Deum & homines. Luc. 2. Et ad Heb. 5. Cū eſſet filius Dei, ex his quæ paſſus eſt, didicit obedientiam. Non parum efficax eſt exemplum virtutum Chriſti. Aug. Exemplum virtutum Chriſti noſtra vitia curatur, vt id quod oſtendit eſſe faciendum, non ſolum ſine murmure, ſed etiā cum delectatione faciamus.

*De commendatione Virtutis à multiplici ſuo effectu.* CAP. XIII.

**S**exto commendabilis eſt virtus à multiplici ſuo effectu. Vnus eſſectus eius eſt, quod à malis defendit. Vnde quidam dixit, Virtute munitur ei qui vi tueatur poſſeſſorē ſuum. Ideo Dominus exponere noluit poſt paſſionē ſuā diſcipulos periculis, antequam virtute muniti eſſent. Luc. 24. Sedere in ciuitate, quouſque induamini virtute ex alto. Sen. Nullus contra fortunam inexpugnabilis mirus eſt: intus inſtruamur: ſi pars illa tuta eſt, pulſari homo poteſt, capi non poteſt. Tull. Mors terribilis eſt his, quibus cum vita omnia extinguntur. Sapientis animus virtutibus omnibus & manibus ſeptus eſt. ¶ Itē virtus etiā bona temporalia diſcretè diſponit. Vnde Aug. Deus oſtendit in opulentiſſimo & præclaro imperio Roman

manorū quantū valerent ciuiles etiā sine vera religione virtutes, vt intelligeretur hac addita homines fieri ciues alteri<sup>o</sup> ciuitatis cui<sup>o</sup> rex veritas, cuius lex charitas, cuius modus aternitas. Vnicū vitiū, vt superbia, vel ira, vel odiū, occasio est quandoque destructionis vnus regni: Ecōtrario virtus vna, occasio est conseruationis. ¶ Item virtus felicē cōmutationem facit in anima, stabulum enim cōuertit in tēplum, desertū in calū, habitacionem demonū in Dei habitaculum. Esa. 35. In cubilibus in quibus prius habitabant dracones, orietur viror calami & iunci, & erit semita, & via sancta vocabitur. Hoc fit, cū anima virtutibus ornatur in amōnum Dei habitaculū, quæ prius erat habitaculum demonū. Conscientia peccatoris bestialiter viuens, quasi stabulum est. Bernar. Puto iūmenta dicerent, si loqui fas esset: Ecce Adā quasi vnus ex nobis factus est. Aug. Domine, meritō dedignaris inhabitare corda infidelīū, fornacem corruptionis, domos luteas, cloacā immundicia. Conscientia etiā peccatoris quasi desertum est. Ioē. 2. Quasi ortus voluptatis terra corā eo, & post eum solitudo deserti. ¶ Item virtus siue gratiā animam abominabile peccato adeo decoram efficit, quod eius decorem rex gloriæ cōcupiscit. Psal. Corrupti sunt, & abominab. &c. Itē cōcupiscit rex decorem tuum. ¶ Gratia deformitatem diabolicam expellit, & decore diuinū introducit. Decorem animæ habentis gratiam, Sol & Luna mirantur: quia decor illorū decore illius vincitur. Vt illis qui de hoc decore nō curant, cū tamē in omnibus suis decorem quarant. Aug. Cum iniquis omnia sunt pulchra, & ipsi sunt turpes, Diogenes, cū illi domū suam homo turpis formæ ostenderet, omnibus in ea locis lapidibus & auro nitētibz, in faciem domini expuit, dixitq; aliud vilius in domo illa nō respexisse. Simile huic accidit in peccatore decorem propriū negligente, & in aliis pulchritudinem exquirente. Itē virtus vel gratia lux est, cū in quo est nō sinens periculose errare. 1. Ioā. 2. Vnctio eius docet vos de omnibus. Sine hac luce homo in periculo est in mūdo isto. Esa. 9. Habitātibz in regione vmbre mortis lux orta est eis. Sine hac luce nō habet homo veram lætitiā. Tobie 4. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cali non video? ¶ Item virtus hominē pretiosum facit. Prou. 16. Pretiosū spiritus vir eruditus. Sicut prudentia hominē reddit pretiosum, sic & temperantia. Eccle. 26. Omnis ponderatio nō est digna cōtinentis animæ. Idem intelligendum est de cæteris virtutibus. ¶ Vnde virtus similis est virtuti quæ dicitur esse in lapidibus pretiosis, quæ vnum modicū lapi-

dem præualere facit multis magnis lapidibus communibus. Sic vnus homo virtutē habēs videtur præualere multis hominibus virtutem nō habentibus. Eccle. 16. Melior est vnus timens Deū, quā mille filij impij. Ex hoc perpēdi potest fatuitas hominū qui tantū desiderāt meliorationem rerum suarū: de sui melioratione nō curantes, nolentes laborare vt virtutes habeāt, quæ adeo meliorarent eos. Ad ostendendā pretiositatem hominū in quibus virtus est, designati sunt viri virtutis, scilicet duodecim patriarchæ, vel duodecim apostoli, in duodecim lapidibus pretiosis, qui fuerūt in rationali. Exo. 28. Et in duodecim lapidibus pretiosis, qui erūt in fundamento spiritualis Hierusalē. Apo. 21.

¶ Item virtus mira efficit. De mirabilibus eius effectibus patebit, cū de singulis virtutibus ageretur. Sed quātum ad præsens, ipsa operatur mira in cælo, in mūdo, in inferno, & in corde humano. In cælo, quia regno cælorum vim facit, dum illis, qui per peccatum illud sibi clauerant, illud aperit. In mūdo, quia hominē ne in mari huius mundi mergatur, custodit. Genes. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Esa. 43. Cū transieris per aquas, tecū ero, & flumina nō obruent te. Ab igne etiam tribulationis defendit. Esa. 44. Cū ambulaueris in igne, non combuteris. Ipsa est ros, eos qui fidē habēt Trinitatis, in fornace Babylonica custodiens. Daniel. 3. In inferno: quia ignē infernalem, quātum ad illū in quo est, exinguit, vt nihil possit ignis ille in eū, in quo gratia vel virtus est. In corde verō humano: quia plus potest vna gutta gratiæ ad exingvendū ibi ignē concupiscentiæ, quā totus mundus. Plus etiā valet ad repletionem cordibus humanis, quā omnes diuitiæ mūdi. Vna gutta gratiæ Pharaonē infernalem cū exercitū vitiorū submergit in amaritudine cōtritionis, quasi in mari rubro. Hæc sola cor humanū replere potest. Act. 2. Repleti sunt omnes Spiritu sancto. Ioā. 3. Qui biberit ex aqua quā ego dabo ei, non sitiet in æternū. Sine gratia anima est, sicut terra sine aqua, quæ in puluere euanescit. Psa. 1. Nō sic impij, nō sic, &c. Anima sine gratia, est quasi terra maledicta, spinas & tribulos germinans. Gen. 3. Homo absq; gratia est velut inermis in medio inimicorū suorum positus, qui vndique sagittatur: nocēt enim ei & prospera & aduersa. Thren. 3. Terēdit arcū suum, & posuit me quasi signū ad sagittā. ¶ Item gratia vel virtus vita spiritualis est. Homo sine gratia est velut mortuus. Eccle. 9. Melior est canis viuus leone mortuo. Gloss. Canis viuus, pauper iustus, leo mortuus, potens iniquus, Homo sine gratia quasi nihil reputatur, Esa. 40. Omnes gētes quasi nō sint,

sint, sic sunt coram eo. Gentes sunt gentiliter viuentes. Psal. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, & c. Esaia 41. Omnes gentes quæ pugnant aduersum te, erunt quasi non sint. Esse laudabile, & quod alicuius valoris est, esse gratiæ est. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Ipsa potentia recipiendi gratiã videtur præualere toti mûdo, cuius signum est, quod damnatis potius videretur expedire esse in statu in quo gratiã possent recipere, quàm totũ mundum habere. Homo sine gratia vel virtute est velut arbor arida in cædicio infernali apta. Luc. 23. Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Eccle. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus: ne forte elidatur virtus tua per stultitiã. Et subditur: Et relinqueris velut lignũ aridum in eremo. Figura hominis absque gratia, est ficus maledicta à Domino; & arefacta. Matt. 21. Vita gratiæ multum est amanda. Cùm enim triplex sit vita: naturæ scilicet, gratiæ, & gloriæ: vita naturæ valorem suum habet ex vita gratiæ: Sen. Non viuere bonũ est, sed bene viuere. Vita naturæ viuunt & dæmones & animæ damnatæ, quibus bonũ esset non esse. Vita verò gloriæ acquiritur per vitã gratiæ. Filius Dei vitã gratiæ morte sua voluit restaurare, & ad sustentandam eam pabulo doctrinæ vel exemplo ferè triginta tribus annis voluit in miseria huius mûdi manere. ¶ Itẽ virtus vel gratia hominem super se leuat. Thren. 3. Leauit se super se. Sen. O quàm contẽpa res est homo, nisi supra humanam surrexerit. Item, virtus non solum grata est Deo, imò est ipsa gratia hominem faciens gratum Deo & opera eius. Sine ea nullus Deo gratus est: cum ea nullus potest esse quin sit Deo gratus. Vnica gutta gratiæ si in diabolo esset, ipsum Deo gratũ faceret. Omnes in quibus gratia non est, filij sunt iræ. Gratius est vnicum opus ex gratia factum, quàm infinita absq. gratia. Ex hoc perpendi potest fatuitas eorũ quibus gratia grata non est, qui vel mala sua, vel bona contemptibilia ei præponũt. Sen. Adcõ gratiosa est virtus, vti insitum sit malis probare meliora. Sen. in epistolis: Errare mihi visus est qui dixit: Gratiõs est pulchro veniens ex corpore virtus. Non enim vllõ honestamento eger: ipsa magnum sui decus est, & corpus suum consecrat.

*Secunda partis principalis, de tribus virtutibus theologis, Tractatus I. vnicum continet capitulum in quo succinctè de numero & ordine earũ in communi agitur.*

**D**ictum est de Virtute in communi: nunc dicendum est de speciebus virtutum. Et primò de Theologicis scilicet